

Lectiones Classis Tertiae.

1 Psalmi Germanici a CXX, ad fin.	} Dn. Coll. III.	10 Catechismus Germ. Lat. Graec.	} Dn. Coll. IV.
2 Grammat. Lat. Reyheri.		11 Compendium Theolog. Hutteri.	
3 Eutropii breuiarium H. R.		12 Hortulus Biblicus Seberi.	
4 Cornelius Nepos.		13 Primitiua Lat. Cellarii.	
5 Grammat. Graeca Reyh.		14 Exercitia styli Latino-Gr.	
6 Euangelia Graeco-Germ. vna cum Epistolis & Meiningis. Bibelbuch.		15 Agnitio literarum Hebr. & lectio.	} Dn. Coll. V.
7 Primitiua Graeca Mollerii.		16 Profodia Latina ex Gr. Reyh.	
8 Rudimenta Arithmeticae.		17 Epistolae Ciceronis min.	
9 Exercitia styli Latino-Graeca ordin. & extraordinaria.		18 Rudiment. Mus.	

* Tria per hebdomadam Exercitia Latino-Graeca elaborare Tertiani tenentur; duo a Dn. Collega III. corrigenda, unum a Dn. Colleg. IV.

III.

IN COMMUNITATIS Continuatae a d. IX. Jun. 1696. fuerunt: Christian Sigmund Göbel / Ostheim, Jo. Samuel Schad / Kündorff. Joh. Salomon Weber / Virnauens. Michael Zacharias Linck / Dingsleb. Martinus Kreck / Wasung. Jo. Christoph Schuckel / Heinrichs. Joh. Immanuel Schad / Schleuf. Jo. August Krebs / Meining. Jo. Georg Liebknecht / Wasung. Jo. Philipp Nothnagel / Gleichberg. Jo. Christoph Nicolai / Ilb. Misn. Jo. Ludwig Schauer / Oberstad. Bernhard Wilhelm Mattenberg / Meining. Friedrich Wilhelm Sartorius, Ostheim. Jo. Valentin Limpert / Kaltensordheim. Jo. Sebastian Greiner / Stuzerbach. Christoph Wilhelm Weber / Wasung. Hi vero in praesentia Principali hoc beneficio fruuntur: 1. Georg Peter Schröter / Frauenbreit. 2. Jo. George Hansft / Bibra - Franc. 3. Georgius Fridericus Möller / Mein. 4. Jo. Christoph Sonntag / Oppurgo-Variscus. 5. Jo. David Hopff / Marisfeld. 6. Jo. Georae Kbbeeling / Ostheim. 7. Jo. Friedrich Fischer / Ostheim. 8. Ernst Christian Heyder / Lengfeld. 9. Jo. Daniel Sulchmüller / Wasung. 10. Jo. Andreas Seyd / Einbus. 11. Balthasar Heinrich Graner / Marcksubl. 12. Jo. Sigmund Nothnagel / Weisenbach. 13. Henr. Christian Winter / Sublan. 14. Jo. Christoph Rommel / Mein. 15. Jo. Daniel Escherich / Subl. 16. Jo. Nicol. Muncf / Sublan. 17. Jo. Daniel Weber / S. Kilian. 18. Jo. George Fergen / Meining. 19. Adam Christian Böllner / Hinternauens.

Beneficium vero panis & iuris quotidiani nunc accipiunt alumni LVII.

Neque verbum superaddo.

Dicent enim in Actu hoc quinquennali septem Adolescentes, quorum orationibus Latinis & veterum R. consuetudo in votis quinquennialibus tradetur; & votorum quinquennialium Gymnasii Schleusingenensis ratio: & fortuna scholae secunda aduersaque; imo iisdem content pia pro SERENISS. NVTRITORIBVS & fortuna Gymnasii vota quinquennialia. Hoc est,

- I. Io. Georgius Rudolphi, Osterbebringa - Thur. de votis Romanorum quinquennialibus ex antiquiori historia disseret, addito Carm. Germ.
- II. Jo. Christian Stimpert / Aubstad. Vota Ill. Gymn. Schleuf. quinquennialia exhibebit, siue preces illas, quae hoc quinque annorum interuallo FORTVNAE Gymnasii fuerunt consecratae.
- III. Io. David Hopff / Marisfeld. de fortuna Gymnasii quinquenniali secunda sermonem exponet.
- IV. Heinrich Christoph Dürfeld / Schleuf. fortunam Gymnasii quinquennalem aduersam tradet.
- V. Jo. Günther Förster / Schleuf. vota quinquennialia Romanorum in condendis lustris adhibita, sua hoc orationis argumento faciet: VELIT DEVS RES SER. NVTRITORVM PERPETVO SERVARE INCOLVMES.
- VI. Jo. Friderich Weigler / Stresenbus. Germanicis versibus ea exequetur, quae ad Votorum quinquennialium summam declarandam faciunt.
- VII. Joh. Friderich Fischer / Ostheimens. continuabit quidem Vota quinquennialia, sed ex alio Romanorum more, quo nimirum, SI RES POP. R. AD QVINQVENNIVM PROXIMVM SERVATA FVERIT, VER SACRVM voverunt. SACRVMque adeo VER fore innuit, alio elapso quinquennio, & DEO vernantes, h.e. gratissimos animos Or. Lat. & Carm. G. pollicetur. Sic FELICITER, FELICIA, FELICISSIMA, quemadmodum habebant nummi Votorum olim quinquennialium, apprecabimur. Sic lustrum hoc & quinquennale tempus quam rectissime condecoratur. Sic plura quinquennia & productissimam aetatem NVTRITORIBVS SERENISSIMIS & Gymnasio laudabiliter vouebimus. Sic Ver sacrum, quod promissum nunc est, ouantes aliquando & gratulantes celebrabimus. Sic inquam, spectabitur FORTVNA ILL. GYMNASII SCHLEVS. QVINQVENNALIS; quem titulum non diffiteor desumptum esse ex oratione Dn. Rezickii, qui Gymnasii Thoruniensis in Borussia non ita pridem secularem exhibuit fortunam. Ad hanc quinquennalem Gymnasii fortunam ruminandam Maecenates, Patronos, Fautores & Amicos in Auditorium supremum a. d. XXVII. Jun. b. VII. inuito; visurus profecto, vt ne super verbosiori apparatu, dum integrae quidem elaboratae sunt orationes, sed declamatione contrahentur, querimonia haberi possit, neque imo quenquam fauoris apud nos collocati poenitere vnquam necesse sit. P. P. mense Iunio, Anno O. R. MDCCI. Reſtoralis mei muneris sexto, ministerii scholastici octavo: pridie Gregoriani Festi Schleusingenensis, quod ipse B. Seberus, Reſtor olim Gymnasii iamdum laudatus, anno quinto superioris seculi singulari oratione typis excusa a Gentiliis quinquatriorum ritu, vnde taxari plerumque solet haec solennitas, purgavit, inque Christianis scholis retineri posse confidentissime asseruit.

Excudit G. W. Goebel, Ill. Gymn. Schleusingenensis Typographus.

26. Lasc. 26. 622, 42 a